



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 52. Tuitiensis, & Aldenburgensis Abbatiae a Gebhardi copiis devastatae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

dem
pus,
bat,
nem
modo
c ci-
esiæ
bus
ium
s in
am-
rum
ego-
erio
sita.
sein
cum
ver-
egi.
ad
vel
ap-
tio-
ta-
be-
nefi-
styli
co-
heri-
e li-

neficio lata in eum sententia die de-Sæcul. XVI.
cima quarta Junii spoliabatur: deni- A.C. 1583.
que ex omnibus Canonicis, qui Geb-
hardo adhærebant, solus supererat
Thomas Crechingii Baro, cuius frater
Mariam Agnetis Mansfeldiae sororem du-
xerat, proin Thomas Gebhardum affini-
tate contingebat, eum vero pariter Nun-
tius Apostolicus comparere jussit cum
autem præstituto tempore non adesset
pari cum ceteris sententia percelleba-
tur: porro hic quantocius Vasconum
copiis, quæ in propinquo erant, col-
lectis Bonnam venit, quo Casimirus,
aliique ex auctorato Archiepiscopo suf-
fragantes paulopost convenerant.

§. LII.

*Tuitiensis, & Aldenburgen sis Abba-
tiæ a Gebhardi copiis de-
vastatæ.*

Horum copiæ ubi advenerant, mox *Thuan. l. 79.*
vicinam Coloniæ regionem deva-
stare cœperunt, ac quidem Bonnonen-
ses præsidiarii ductore Ranutio Floren-
tino Abbatiam Tuitensem, injecto igne
absumperunt, parique crudelitate com-
busserunt Abbatiam Aldenburgensem
Ordinis Cisterciensium ob Bergensium
Comitum monumenta celebrem. Postea
eadem copiæ Unkelium oppidum pa-
riter ferro, flammaque devastare para-
bant,

Sæcul. XVI bant, verum incolæ Lintziensibus
 A.C. 1583 fœderati sese Gebhardi insultibus oppo-
 nunt, frustra adversus eos cum validis
 copiis emissio Butrico.

§. LIII.

*Conventus Francofordiæ inditus ad
 sedandos hosce tumultus.*

Spond. n. 7. Interea tumultibus indies magis, ma-
 gisque invalescentibus, innumera
 pene loca flammis, ac ruinis fuere æ-
 quata: quapropter Imperator, qui Col-
 lonienses hosce tumultus sedare exop-
 tabat, Francofordiæ ad Menum Im-
 perii comitia habuit, quibus Mogun-
 tini, Trevirensis, Palatini, Saxonis,
 & Brandenburgici Electorum Deputati
 intererant: insuper suo nomine Ernestus de Bavaria novus Coloniensis Elec-
 tor Salentinum Isemburgium, Grop-
 perum, Glaserum, aliosque eo able-
 gabat: in prima igitur Sessione die de-
 cimo Octobris habita Gebhardi Fauto-
 res petebant, ut præprimis ipse pristi-
 næ dignitati suæ restitueretur, tum ve-
 ro se Cæsar, atque Electorum judi-
 cito submittere vellent. Verum Ernesti
 Oratores has conditiones acceptare re-
 nuunt, suisque mandatis sibi interdi-
 ctum dicunt, ne cum Gebardo actionem
 ullam instituant, cum hic jure,
 & facto